pōt dici quilibet homo totaliter mūdo datus. qui p̄ter diuitias ⁊ honores in superbiā corde erigit. Sic alter nabuchodonosor qui diuis p̄ceptis nō obediuit vocat milites. i. sensus pergit ad vendendū mundi vanitates. Interim calor intollerabilis. i. tēptatio dyabolica eū arripit q̄ quiescere nō pōt quousq̄ in aq̄s mūdanis sit totaliter refrigeratus. Ista refrigeratio est detrimētū aīe. Et sic milites. i. sensus sine custodia hoiem dimittūt quo ciensciūq̄ in aqua mūdana balneari intendit. Sed de equo p̄mo descendit sc̄z a fide errat qz i baptismo firmiter deo promisit adhere. ⁊ pompis dyaboli abrenunciare. Sz q̄ cito totaliter se in aquis mūdanis inuoluit fidē frāgit ⁊ hoc est de quo descendere Deinde deposuit vestes .i. virtutes q̄s in baptismo recepit. ⁊ sic nudus miser in mūdi vanitatibus iacet. Quid est faciendū? Certe vt alius s. p̄lat⁹ qui fidē ⁊ virtutes hz̄ custodire hoc ē vestimēta recipe. Quia p̄lato dat potestas soluēdi peccatoz̄ q̄tiens puro corde ad deū se conuertit. Jouinianus cū de aqua exiuit ⁊c. Sic miser hō cū de aq̄ mūdana p̄ dei gr̄am intēdit exire nullā virtutē inueniet. qz omis p̄ pctū p̄didit ergo habet materiā volendi. Quō debēt ergo virtutes recupari Certe ad domū multis p̄mo dz̄ p̄gere. miles iste est ratio que hz̄ reflagellare. qz ratio dictat q̄ q̄ntū cōtra deū per pectasti in corde tuo. h̄ementes. Et ideo nō poteris teip̄m dē imperatorē .i. xp̄ianū. qz opa xp̄iani p̄ peccatū p̄didisti. Nō g̃ te expellit ab omni vitio. Quid est faciendū. Pergas ad castr̄ ducis sc̄z ad p̄scientiam tuā, p̄riam que p̄tra te g̃uiter murmurat donec recōciliat⁹ deo fueris. ymo in carcerē te ponit hoc est in perplexitatē magnā quō ⁊ per quā viam do placere pores ⁊ vulnera ab eo recipe. i. cordis p̄punctionem p̄ que sanguis id est peccatum exeat Deinde ad palatium cordis tui pulsare id est intime cogitare quō ⁊ qua de causa p̄tra deum deliquisti. Janitor. i. voluntas que est libera. ostiuum cordis tui habet aperire ⁊ te ducere ad primum statum quem in baptismo accepisti Canis qui saltat vt te occidat ⁊c. est caro tua, p̄ria p̄ quam homo sepius occidetur nisi deus impediret Et falco in partica extra fenestram volat ⁊c. Id est potentia diuina nō tecum manebit q̄diu in mala vita laces nec vox. i. anima noticiā habebit tue salutis. Quid ergo est faciendum. Certe vt sis tractus ad caudam equi. Trahi per caudam equi nichil aliud est q̄ a principio vite vsq̄ ad p̄sens q̄d ⁊ quantum feceris tm̄ dolere ⁊ satisfactionem perpetrare. Deinde post q̄ ista feceris pergē ad heremitam id est discretum confessorem in foresta sancte ecclesie. Et de omnibus quibus contra deum deliquisti pure confitearis clausa fenestra id est p̄riuate ad laudem hominum sed ad tuū solamen. ⁊ statim deus ⁊ omnes angeli noticiam tuam habebunt. Deinde facta confessione. vestimentis id est bonis virtutibus poteris indui. ⁊ ad palatium cordis tui secrete accedere. ⁊ omnes sensus tui cū voce id est anima noticiam habebūt. q̄a verus imperator id est bonus cristianus factus es ⁊ per consequens vitam eternam obtinebis. Ad quā ⁊c La.lx

De auaritia ⁊ eius subtili conamine

Rex quidaz erat

qui filiam vnicam pulchram ⁊ gratiosam nōie Rosimundam habebat.

Puella ista cum ad etatem tenam peruenisset. erat tam abilis in curreudo q̄ ci/tius ad terminum peruenerat ante eā̄ ali/quis eam tangere posset. Rex per totum regnum proclamari fecerat q̄ quicumq̄ cum filia sua volebat currere t ad finem termini ante eā̄ peruenirет. ipsam in uxo/rem haberet. t totum regnum post eius decessum. Si uero aliquis hoc attempta/ret t in cursu deficeret. caput amitteret. Facta proclamatione quasi infiniti se ob/tulerunt cum ea currere. t quotquot cuz ea currebant oīs deficiebant t capita a/miserunt. Erat tūc quidam in ciuitate pauper nomine abibas. qui intra se cogi/tabat. Pauper ego sū t de vili sanguine ꝓgenitus. si p aliquā viam possem istā puellam deuincere nō solum ego ꝓmo/tus essem sed t omnes de meo sanguine Prouidebat sibi de tribo cautelis scz. de serto rosarum. qz illa puelle appetūt Se/cundo de zona serica quam puelle libēter optant. Tercio de loculo serico t infra lo/culum pila quedam erat deaurata super pilam descriptio talis. Qui mecum ludit nunq̄ de ludo satiabitur. Hec tria ip̄e in/sinu suo posuit. Ad palaciū ꝓcurrit t pul/sauit. Aperit ianitor t causaz pulsationis petebat. Qui ait Paratus sū cum puel/la currere. Illa cum hoc audisset quandā/ fenestram aperuit t cum eum vidisset in/ corde suo despexit t ait. Ecce q̄ reprob⁹ est cum quo curzere debes. Tamen non poterat contradicere. Ad curzendum se ꝓparauit. Ambo ad inuicem curzebāt Cito puella ad magnam distantiam an/te eum cucurrit. Abbibas cum hoc vidis/set sertū rosaz ante eam ꝓiecit. Illo ser/to puella inclinauit se t sertum leuauit t in capite posuit. Tantum in serto delecta/batur t expectabat q̄ abibas ante eam cu/currit. Puella cum hoc vidisset. ait i cor/de suo. Nunq̄ filia patris mei cum tali ri/baldo debet copulari. statim sertum ꝓie/iecit in q̄dam foueam ꝓfundam. t post eū cucurrit t apprehendit. Quē cum ap/prehendisset alapam dedit ei dicens. Si iste gradū miser. non decet vt filius patris tui in uxorez me ducat. statim añ eū cu/currit. Abibas cum hoc vidisset ante eaz zonā de serico ꝓiecit. Quē cum vidisset inclinauit se t eam leuauit se succinxit t tantum de ea delectabatur q̄ ibidem mo/ram traxit t iterz abibas longe ante eam cucurrit. Puella cum hoc vidisset fleuit a/more t zonam accepit t in tres partes fregit. post eum cucurrit t apprehendit. Quez cū apprehendisset manum leuauit t ei alapaz dedit dicens. O miser me in uxorem nō habebis. Statim ante eū lō/ge cucurrit. Abibas cum hoc vidisset ex/pectabat Hoc facto. loculum de serico an/te eaz ꝓiecit. viso loculo inclinauit se t loculum leuauit. aperuit. pilam deauratā intus inuenit. superscriptionē legit. Qui mecum ludit nunq̄ ludo satiabitur. Ince/pit tm̄ t tā diu ludere cum pila q̄ abibas citius ad finem peruenit t eam in uxorē tenuit. Moralisatio Carissimi.

Imperator iste est dominus noster ihesus xp̄s. filia pulchra anima ad dei similitudinem creata que velociter in bonis operib cur/rit q̄mdiu in puritate vite manet intm̄ q̄ eam peccatum mortale vincere nō potest Clamor factus est tc̄. Clamor iste nich/il est aliud q̄ q̄ homo se defendat t ꝓte/gat ꝓtra dyabolum mundū t carnē. Et si bellum contra ista tria aggreditur t vic/toriā obtinuerit tūc peccata mortalia suc/cūbunt. t hoc est capita amittere. Abibas est dyabolus qui cum viderit hominem su/perasse q̄ opa misericōie ꝓuidet sibi de tribo cautelis scz de serto. Sertum istud est su/perbia. Quia sicut sertum nō ponitur nisi super caput vt ab hominib videaf. sic su/perbo sp̄ videri vult. Et ideo dic̄ augusti/nus. Cum superbuz videris filiū diaboli esse non dubites. Cū igitur homo vtitur serto superbie. statim currit diabolus ante eum. Quid ergo est faciendū. Certe vt sertū superbie ꝓsciatur ad foueā humilita/tis. t sic dabis diabolo alapam t eū di/mittes. Post hec puella se inclinauit t zo/nam leuauit t aspexit. zona ista ē luxuria quā diabolus ꝓiicit añ homez. Cū tamē ꝓtra tales dicat Greg̃. Succingite lum/bos vestros in castitate. Si ergo succin/gis te zona luxurie statim diabolus ante te currit ō bona vita tua te impedit Quid ergo est faciendū. Certe vt zona luxurie in tres ptes frangatur. s. in oratione ieiu/niū t elemosinā. t sic p ꝓsequēs diabo/lum vinces. Post hec diabolus loculuz ante homem ꝓiicit. Scitis q̄ loculus ha/bet duas cordas ad aperiendum. Cor vo est loculus qō debet esse clausum infert⁹ quantū ad terrena. t superius quantū ad gratiā, suscipiendā. Due corde que clau/dūt sunt timor dei t pena eterna. per que duo cor hominis clauditur ne intret pec/catū Pila in loculo sepius inuenit in cor/dibo nris. s. auaricia aut cupiditas. quia si/cut pila mouetur ad oīez differentiam posicōis. sic t auarus mouet in tra mouetur in mari. non cessat pes ei⁹ currere nec cor cogitare qūo t per qnā viā bona mū/dana poterit adq̄rere. Supscp̄o est. qui mecū ludit. i. qui cū cupiditate incipit vi/tā ducere. vt vix ant nūq̄ poterit sustinē Sicut dicit Seneca. Cū oīa peccata se/nescūt sola cupiditas iuuenescit. Jō timē dū est de aliquib q̄ tm̄ cū pila ludūt cu/piditatis. q̄ diabolus ip̄os occupabit. Quia sicut dicit apl's. Radix omniū ma/lor est cupiditas. Studeam⁹ ergo vitā uram sic iu ptis opib dirigere vt vitam eternā valeam⁹ attingere

De p̄meditacōe sp̄ habēn/da Capl'm. lxi.

Claudius regnauit qui vnicaz filiā habebat gratiosam t de/coz̄ valde. q̄ cū semel in stra tu suo iacuisset intime de filia sua cogitabat qūo eam ꝓ mouere posset. Ait intra se. Si eā in uxorē diuiti stulto tradidero. filiā meā ꝓdam. si uero paupe ri sapienti p ei⁹ sapientiā ei necessaria lar/ge adq̄reret. Erat tūc in ciuitate q̄dā phs noie Socrates quē rex dilexerat. vocauit eū t ait. Carissime nūq̄d tibi placet filiā meā in uxorē accipe. Et ille. Etiā dñe p optime. Et ille. Exquo ita est dabo tibi eā t sub illa ꝓditōe q̄ si moriaf filia i tua societate vitā tuaz amittes. Eligis ergo eā accipe vl' dimittere. Et ille. Mihi de/ne placet eā accipe sub ista ꝓdicōe. Rex nuptias celebrauit cū magna solēnitate. Per quedā tpa vitā duxerūt in q̄ete et scitate pfecta. Post B' uxor socratis usz ad mortē infirmabaf. Hec audiēs socra/tes ꝓtristatus est valde. Quandā foze/stam intrauit. fleuit amare. Dū sic esset in dolore. Rex alexander in eadez foresta venabatur. Miles quidā alexandri socra/tem vidit. ad eū equitabat t ait ei Caris/sime. cui⁹ homo es. Et ille. Homo talis dñi sum ego. q̄ seru⁹ dñi mei est dñs est dñi tui. Ait miles. Nō est maior domi/no meo in toto mūdo. Sed exquo talia di/cis. ducā te ad dñm meū t audiem⁹ q̄s est dñs tuus ō q̄ tot t tāta p̄sumis. Cū aūt coz̄ rege, Alexandro duct⁹ fuisset. ait ei. Carissime q̄s est dñs, tu⁹. de q̄ ta/lia dicis q̄ seru⁹ eius est dñs me⁹. Et il/le. Dñs me⁹ est, ratio. Suus ei⁹ volūtas. Sic ē q̄ q̄ tu p voluntatē tuā regnū tu/um t non p rationē hucusq̄ gubernasti. Jdeo seruus dñi mei hoc ē voluntas est dñs tuus. Audiens hec Alexander. ait. Carissime prudenter respondisti. Ejade in pace. Ab illa die cepit rex regnū suuz ratione gubernare t non voluntate. So/crates uero solus foresta intrauit t fleuit

amare pro sua ꝓiuge. Senex quidā vēit ad eū ⁊ ait ℣ bone magister ob quā rez affligitur aīa tua. Et ille. Filiā regis sub tali ꝓdicōe vēsponsaui ꝙ quocūqz tpe ipa in societate mea moriat̄. ego vitā meam amittā ⁊ iā ad mortez infirmat̄. Et hꝫ ē causa dolozis mei. Ait senex. Fac ꝓsiliuz meū ⁊ post factū nō penitebis. Uxoz tua est de sanguine regū. Cū rex minuꝰ fuerit vxoz tua pectus ⁊ vbera liniat de sanguine patris sui. Deinde i ista fenestra tres herbas inuenias. de vna ei pocōez facies. de alijs duabꝫ vnū emplastrū ponas vbi dolorē sentit. ⁊ si istam doctrinā impleueris sanitatē pfectam inueniet. Socrates oīa implenit ⁊ vxoz ab oīi infirmitate pnaluit. Rex vo cuz audisset ꝙ socrates tam sollicite ꝓ infirmitate filie sue laborabat eū ad magnas diuitias ⁊ honorez promouit.

Mozalisatio presentis histo rie. Carissimi.

Iste rex est Ihs xps dns nr Filia tam pulcra aīa ad dei similitudinē creata. Istā puellam nō diuiti ſz pauperi socrati. i. homini dedit. ꝙ sit pauꝰ ecce Job. ix. Nudus egressus suz de vtero mris mee ibi thesaurizare debetis. ꝙ sub tali ꝓdicōne dedit dns nr ihs xps homi animā vt si in eius societate morerer̄ ꝓ peccatū mortale vitā tuā scz eternā amittes. Si ḡ aīa tua in infirmitatē per peccatū cecidit. fac sicut fecit socrates intra fortestā. i. scām ecclesiā in qua inuenies senem. i. discretum ꝓfessorē de cuius cōsilio saluari poteris. Alexander qui venatus est ē homo mundanus qui potius regulat̄ voluntate q̄z ratione. ⁊ per sacrā doctrinā emendat̄. Si per peccatū infectus es primo linias pectus tuū cum sanguine. i. recentē memoriā de xpi passiōe habeas in corde. deinde collige tres herbas. scz ꝓfessionē. ꝓtritionez. ⁊ satisfactionē. de ꝑma facias potionē. s. de peccatis semper dolere. de alijs emplastrū. i. penitenciā. ⁊ sic ꝓsequēs ad diuitias vite eterne ꝓmoueri possis. Ad quā nos ꝓducat Ihs xpus q̄ viuit ⁊ regnat cum deo patre ⁊ filio ⁊ spiritusancto ꝛc̄.

De pulcritudine fidelis anime. Capim. lxij.

Quius regnauit prudens valde. in cuiꝰ regno mulier quedā erat nomīe Florentina miro modo pulcra ⁊ gratiosa. Ita tāta pulcritudo erat in ea ꝙ tres ꝛges eā obsidebāt ⁊ a quolibet rege violata. Ꝑ hec inter reges ꝓpter nimiū amorē cōmissum est bellū. ⁊ q̄si infiniti homies ex oīi parte occubuerūt. Satrape imperij hꝫ audientes. oīes ad regē venerūt. dicentes. Dñe. illa florentina in regno tuo est tam pulcra ꝙ q̄si infiniti quotidie ꝓ ei⁹ amore occidunt̄. Et nisi citius remediū apponatur. quotq̄t sunt in regno ꝓibunt. Audiens hec rex litteras scribi fecerat annulo suo signatas ꝙ sine vlteriozi dilatione illa ad eum veniret. Preco cū litteris ad eā ꝓrexit. ⁊ añ q̄z ad eū peruenit defuncta est. Redijt preco de morte florentine regi nunciauit. Rex ꝓtristatus est valde ꝙ eā videre non poterat in sua pulcritudine. Oēs pictozes regni ad eū cōuocari fecit. Cū autē venisset. ait rex. Carissimi hec est causa quare ꝓ vobis misi. Erat quedā mulier nomine Florentina. in tanta pulchritudine. ꝙ qua si infiniti occubuerunt ꝓ eius amore. Defuncta est et eam non vidi. Ite ergo ⁊ cū omni industria vestra ymaginem eius depingite cum sua pulcritudine. per quā discernaz quō tot occubuerūt ꝓ eius amore. At illi. Domine. rem difficilem vos queritis Tanta erat in ea pulcritudo ⁊ decentia ꝙ omnes pictozes orbis ymaginē eius nō

depingerēt quātum ad omnia. Excepto vno pictore qui latet in montibꝫ. Ille solus est ⁊ nō alius qui voluntatem vestrā adimplere poterit. Hec audiēs rex ꝓ illo pictore destinauit. Qui cū ad eū venisset. ait ei. Carissime. de tua industria informati sum⁹. Vade. et ymaginē florētine ꝓ omnia depīge in sua pulcritudie et cōdignā mercedem habo tibi. At ille Rem difficilē q̄ris. Verūtamē mihi cōcede vt in cōspectu tuo omnes pulcras mulieres totiꝰ regni. saltē ꝓ vnam horā habeaz ⁊ faciaz quod tibi placebit. Rex vero fecit ōnes conuocari ⁊ in conspectu eius stare. Pictor quatuor pulcriores ex eis elegit ⁊ alias licenciauit vt ad patriam suam redirent. Pictor ille cum rubeo colore imaginem ei⁹ incepit depingere. ⁊ que illarum quatuor mulierū habebat magis faciem gratiosaz aut nasum. ⁊ sic de ceteri membris hoc i ymagine posuit. Ita ꝙ ex qualibet muliere aliquā ꝑtem accepit. Et imaginez cōpleuit. Cū vero completa fuisset ymago. venit rex vt eaz videret. Qui cum vidisz ait. O florentina si vixisses vltra omnes istum pictorem deberes diligere qui depinxit te in tanta pulcritudine. Mozalisatio Carissimi.

Iste rex est pater celestis. florētina tam pulcra est anima ad dei similitudinem creata. Tres reges diabolus mundus ⁊ caro. per istos tres reges aīa ꝓpter peccū primi parētis erat obsessa ⁊ a quolibet violata. vnde tot occubuerūt ꝓ peccatū. ꝙ oīes ante aduentū xpi ad infernū descenderunt. Hoc videntes Satrape. hꝫ est patriarche ⁊ ꝓphete de remedio damnabant dicētes. Dñe mitte nobis quē missurus es. Alij. Emitte agnū dñe dūatorem terre ꝛc̄. Deus vo misit precone. s. beatū Johannē baptistaz sicut scribit̄ Malachie primo. Ecce ego mitto angelum meum qui preparabit ꝛc̄. Sed hec procbdoloz longe ante eius aduentum mortua est anima. pictozes sunt vocati qui se excusauerunt ꝛc̄. i. in celo inter angelos. in terra inter homines. s. patriarchas ⁊ ꝓphetas non est inuentus vnus qui sciuit vel potuit ymaginē id est animā depingere quantū ad suam ꝓpriam pulcritudine. Pictor qui ꝺ mōtibus venerat est dominus noster Ihesus xpus qui descendit de celis vt istaz ymaginē reformaret Et qm̄o. Certe rubeo colore id est ꝓprio sanguine. Elegit quatuor mulieres pulchriores ꝛc̄. Ꝑ primā muliere dedit esse cum lapidibus. Ꝑ secunda vegetare cum plantis. Ꝑ tercia sentire cuz animalibus. Ꝑ quarta intelligere cuz angelis. Rex cum vidisset dicebat. O Florentina id est anima. multū deberes istum pictorez dominū nostrū ihm xpm ante oīa diligere. qui ꝓprio sanguine te depinxit in tanta pulchritudine.

De mundanoꝝ oblectacōibꝫ Capitulum. lxiij.

Uespasianus regnauit qui filiam pulcherrimaz habebat. cui nomen Aglaes. que erat nimis pulchra ⁊ oculis omnibuz gratiosa. ita ꝙ eius pulchritudo omnes alias mulieres excellebat Accidit quodq̄z vna dierū ꝙ cum filia eius ante eū staret eaz intime respexit ⁊ ait ei. Carissima. nomen tuū mutabo ꝓpter pulchritudinē corporis tui. sit nomen tuum amodo domina solacij. in signū huius. vt oīes qui aduenerint tristes. cum gaudio recedant. Rex vero iuxta palaciū quendā ortū pulcherrimū habebat. in quo sepius causa solacij ambulauit. fecit ꝓclamari per totū imperium. ꝙ si quis filiā suā in vxoreꝫ habere vellz ad palaciū suū veniret. ⁊ infra ortū

tribus aut quatuor diebꝫ spaciaret. Deinde rediret si filiã suam in vxorem habere vellet. Facta ꝓclamatiõe multi ad palaciũ suũ venerunt. ortum intrabãt ⁊ nũq̃ postea visi sunt. Et quotq̃t venerunt. nullus ex eis euasit Erat tunc quidã miles in ꝓtib longinquis .cum audisset declamore.q̃ si quis ad palaciũ veniret filiam regis in vxorem haberet. venit ad ianuã palacij ⁊ pulsauit. ianitor ostiũ aperuit ⁊ introduxit. Ad regẽ accessit ⁊ ait. Dñe mi.clamor factus est ꝓmunis. vt si quis ortuꝫ vestrum intrauerit . filiam vestram in vxorem habebit .ideo huc veni. Ait rex. Ortum intrate.⁊ si exieritis eaꝫ habebitis. Qui ait. Domine mi vnũ mihi concede. Petro instanter anteqũ ortũ intrauero. vt aliqua verba cuꝫ puella loq̃ potero. At ille. Mibi bene placet. Accessit ad puellam ⁊ ait Carissima nomen vestrũ est dominua solacij.ad hoc tibi datum est. vt oñs qui tristes ad te veniunt. eum gaudio redeant.sed ego nimis trist ⁊ desolatus ad te venio.prebe ergo mihi consiliũ ⁊ auxiliũ qño cum gaudio recedere potero. Multi ante me venerunt et ortum intrauerunt.nec vnq̃ amplius visi sunt. Si ergo mihi idem casus contingeret vt mihi dicere potero q̃ ego in coniugem te desideraui in matrimonio. At illa Tibi veritatẽ dicam. ⁊ tuam tristiciaꝫ in gaudiũ conuertaꝫ. In orto illo est quidã leo ferocissimus qui oñs iutrantes interfecit. ⁊ per eũ oñs q̃ intrauerunt racõe psone mee sunt interfecti . Arma corpus tuum totum ferro a planta pedis vsq̃ ad vrticẽ capitis ⁊ sint omnia arma tua cũ gũmi linita. Cuꝫ vero ortum intraueris leo statim in te irruet. contra euꝫ viriliter pugna . Et cũ lassus fuerit ab eo te sepabis. Ille vero per brachium vel pedeꝫ te tenebit cum dentib intautũ q̃ per arma gummata dentes eius pleni erũt q̃ te patum poterit ledere. Tu vo cũ hoc percepe

ris gladiũ euagina ⁊ caput eius amputa. Sed aliud est adhuc periculũ in orto illo Est tantũ vnus introitus.⁊ sunt diuersa diuerticula.ita q̃ qui semel intrauerit vix exitũ inuenire poterit . Et ideo ꝓtra illud periculũ dabo tibi tale remediũ. Globũ fili tibi concedo vt cũ ad ostium orti peruenieris.filum globi in porta liga . Et sic per filum in ortũ descende. Et sicut vitaꝫ tuam diligis globũ fili ne perdas. Miles vo per oñia adimpleuit sicut dixerat puella.armatus ortũ intrauit. Leo cũ eum vidisset toto conamine in eũ irruit. Miles viriliter se defendit. ⁊ cuꝫ lassus erat saltũ ab eo fecit.leo eũ per brachiũ tenuit intrã q̃ dentes eius gummi pleni erant Miles cum hoc percepisset.gladiũ extrapit ⁊ caput leonis amputauit. Ille vo in trã gaudebat .filum per quẽ descendit pdidit. Ille vero tristis ac dolens ortũ tribus circuit diebus ⁊ diligenter globum quesiuit.de nocte inuenit.cũ vo inuenisꝫ non modicũ gaudens per filum ascendit. quousq̃ ad portam peruenit filum soluit ad regem perrexit ⁊ filiam suam dominã solacij sibi vxorem obtinuit.de quo multum gandebat.

Mozalisatio

Carissimi .Iste imperator est dominus noster Ihesus xps filia tam pulchra domina solacij. est regnum eternũ. Qui vo voluerit regnũ eternum ac celeste habere .oportet vt primo ortum huius mundi intret ⁊ per aliq̃ tpaq̃diu deus voluerit ibidem expectat. ps. Constituisti terminos eius qui preteriri non poterunt. Job . Unus est introitus hominũ ⁊ iumentorum. sed in mũdo tot sunt diuerticula per que nescit homo finẽ suũ.nec vbi. nec quando.nec quomõ mori debet . Leo vo est diabolus qui circuit querens quem deuorer. Unde quasi infiniti per eum sunt occisi. Quid ergo est

faciendum. Si volumus regnuꝫ celeste obtinere.certe debemus bonis virtutib stabilit armari.ita q̃ nostra arma sint gũmata. Per gummi elemosinã intellige re debemus.quia sicut gummi duo adinuicem iungit.sic elemosina animã cũ deo. Unde,ꝓpheta dicit. Sicut aqua extinguit ignẽ.ita elemosina extinguit peccatũ De inde debes accipere globũ fili ⁊c. Globꝰ iste baptismus est. vnde in principio vite tue oportet incipere a baptismo. deinde a confirmacõe . ⁊ sic per cetera sacramẽta in mundũ istũ descendere. Sed leo.i. diabolus paratus est cõtra te pugnare. Cõtra eum viriliter pugnare debes ⁊ caput eius id ẽ potestatẽ per bona opera auferre. Sed sepe contingit q̃ postq̃ homo de diabolo triumphauerit sicut multi faciũt in quadragesima. post pascha redeunt ad peccata ⁊ sic globum fili .i. virtutes sacramenti perdunt. Fac ergo tu sicut fecit miles si per peccatum virtutes perdidisti multũ dolere debẽs. ⁊ pgas iter truꝫ dierum per contritionem confessionem ⁊ satisfactionẽ . ⁊ sic iuenire poteri ea que pdidisti. Et sic cum veneris ad portũ mortis qñ anima separatur a corpore poteri ad dominã solacij puenire.i.ad gaudium eternum. Ad quod.

De dñica incarnatiõe Ca.lxiij

Quidam rex regnauit q̃ tres virtutes habebat. Pro eo erat fortior omnibus in corpe Secũdo sapientior. Tercio pulcrior.q̃ diu sine vxore vixit. tãdẽ veneꝝt amici eiꝰ ad eũ ⁊ dixeꝝt. Dñe bonum est vxorem ducere ⁊ plem generare.quia nõ est bonũ sine vxore stare. At ille. Carissimi vobis cõstat q̃ satis dues ⁊ potens sum .ideo diuitijs non indigeo Ite ergo per regna ⁊ castra ⁊ mihi virginem speciosam ac prudentẽ querite ⁊ si ista duo in aliq̃ inueneritis licet pauperula eam in vxorem habebo . Perexeꝝt illi per regna ⁊ castra .⁊ tandem puellaꝫ nimis pulcram ac prudentem inuenerunt de sanguine regum.et eius virtutes regi denunciauerunt. Rex vero volebat eius sapientiam experiri.preconẽ vocauit ⁊ ait ei. Carissime tibi trado pannũ lineum habentẽ in longitudine ⁊ latitudine tres pollices vade ad puellaꝫ ⁊ ex pte mei eã saluta ⁊ trade ei istum pãnũ de q̃ p sapientiã suã faciat mihi sarc longã ⁊ latã camisiã,p corpe meo ⁊ si ꝰ fecerit ꝓfix mea erit. prexit nũcq̃ ad vginẽ ⁊ eã ex pte ẽgl salutauit. dixitq̃ ei. Ecce pãnꝰ line? habens trã in lõgitudie ⁊ latitudie tres pollices. si camisiã sufficientez de isto panno ꝓ corpore eiꝰ poteris opari.te in vxorẽ habebit . At illa. Qño fiet istud exq̃ nõ sunt nisi tres pollices in lõgitudine ⁊ latitudine camisiam ei facere esset impossibile. Dex tñ mihi vas ꝓcedat in q̃ operari potero ⁊ camisiã satis lõgam ei ꝓmitto. Nuncius est reuersus denũ cianq̃ regi ꝺ virginis responsione.statim rex vas debitum ⁊ preciosum ei misit. Illa vo de vaꝫ pua quãtitate in eodẽ vase operata ẽ camisiã satis sufficientez ꝓ corpe suo. Ille hoc videns statim eã in vxorẽ duxit

Mozalisatio. Carissimi.

Rex iste est deꝰ ipẽ potens ac diues.puella generosa de stirpe regũ beata vgo maria mater dei ⁊ homis.que fuit pulchra ⁊ generosa.qz gra plena. Nuncius missus gabriel archangelus .q̃ eã ex pte dei salutauit. dicensq̃ ei. Aue gratia plẽa. Pãnus missus ẽ spũssancti gra .q̃ opata ẽ in ea.qz anq̃ nata fuit scificata fuit. habẽsq̃ tres pollices.i.in ꝓcepcõe filij sui erat potẽtia pris.sapia filij. clemẽtia spiritussancti. De q̃bꝫ q̃siuit vas.i. vterũ suũ

sanctificatū in vtero mris sue. in quo fec camisiā .i.hūanitatē. que quidā hūanitas erat in ea opata. Hec videns pater celestī eā regiuā i celo cozonauit. vbi p nob interpellat snū filiū ⁊ filiū patrē. Juxta vbū bti bernar. O bō securū accessū bés.

De cura anime. Capitulū.lxv.

QVidam rex semel de vna ciuitate in aliā trā sitū fecerat. ad quandā crucez veit q erat oīm pte pscripta. Ex vna pte erat in ea scriptū O rex si p istā viā equitaueris p cozpe tuo bonū hospiciū habebis. ⁊ equo tuo male ministrabit. Ex alia parte crucis erat scriptum. Si p viā istā eqtas inueies hospiciū in quo equus tuus satis laute bībit. sed tu male ministrabet. Ex ea pte erat scriptū. Si p viā istaz ambulaueris. tu ⁊ equs tuus satis habebitis. ⁊ añ qz accedas egregie erl vberat. Ex pte qrta erat scriptū. Si p viā istaz ambulaueris. laute tibi ministrabitur. sed equū ibi dimittes. ⁊ tunc te oportet pedibus ambulare. Rex cū oīa ista plegisset admirabat intra se. cogitabat quā viā equitare vellet. Ait intra se. Primā viam volo eligere. qz bñ erit mibi. ⁊ male equo nox vna cito trāsibit. p cussit equuz cū calcaribz ad quādā viā vbi castrū inuenit. in eo erat miles q eū benigne recepit. ac laute ministrabat. sed equus parū aut nil habebat. mane vo surrexit. ad palaciū suū eqtauit. oīa gesta q viderat narrauit.

Carissimi. Mozalisatio.

IMpato iste pt vidi q libet bonus xpian q bz circa salntē aie sue eqtare. equs q euz portat est cozpus ex qtuoz elemtis pposituz. Crux q stat in medio vie c pscia tua in modū crucis extensa. Una pars vt ad bonū te p uocet. Altera vt pta maluz foztit pugnes. Vnde si ambulaueris per viam in q bñ erit tibi ⁊ male equo tuo optime fac. Carissimi. Jsta via est via pñie. hospicium scā mr ecclia in q bū erit tibi in anima Sed oz vt equs tuus. s. caro tua pñie subiaceat. Qui q p istā viā ambulauerit sapiēter facit. Alia ē via in q inueies hospiciū in quo equs tuus satis laute habebit. sed male ministrabit tibi. Via ista est via gulosi ⁊ luxuriosi q hospiciū suscipiūt in voluptate carnis. De qbz aplus ait. Quoz deus venter est. ⁊ gla in confusionez ipoz. In isto hospicio aīa erit pessime ministrata. Alia ē via vbi equus tuus lante habebit. ⁊ tu verberaberis. Via ista est cupidi ⁊ auari q laute hic vult viuere qua opa meritoria perpetrare. sz cū moz enz ab hospicio hui mūdi expellit. tūc aīa eius post mortez in purgatorio vel in inferno egregie vrberabit. Quarta ē via p quā si ambules bñ tibi erit. ⁊ equz amittes. Via ista est via boni religiosi. qui de omnibz quantū ad victū ⁊ vestitū ē pztentus equū amittit. sz oīs cōcupiscentias carnales, pter deū ac mundi vanitates. Et ideo dicit saluator. Qui pdiderit aiam suā, pter me ⁊c. Qui reliquerit pzem et matrē ⁊c. centuplū accipiet. ⁊ post hanc vitā. eternā vitā possidebit.

De constantia. Capitulū.lxvj.

QVidaz rex regnauit qui puldzā filiā habebat quā multū dilexerat. que etiā post decessum regis regnū occupauit quia vnica est relicta. Hoc audiēs q daz dux tirānus. ad eā vēit multa ei p misit si ei pscntiret. Illa vo seducta per eum est deflozata. ⁊ facta deflozatione fleuit amare. Tirannus vero eam ab hereditate sua expulit. Illa vero sic expulsa gemitus ⁊ suspiria emittebat. ⁊ in via publica singulis diebus sedebat. vt a transeuntibus elemosinā petere. Cū vna die sic flendo sedisset. quidā miles generos iuxta eam equitādo venit. videns ei pulchritudinē capt est in ocul ei. ⁊ ait Carissima. qual es. Et illa. Filia regis sum vnica. ⁊ post pzis mei decessū iure hereditario regnuz habui. per quēdā tirānū fui seducta. ⁊ ab eo deflozata. ⁊ post h̄ p uauit me hereditate mea. Ait miles. Utrū placet tibi ee sponsā meā. Que ait Etiā dñe hoc desiro ante oīa Qui ait Fidē tuā mibi trade q nullū aliū accipies pter me. ⁊ pter tirannū istū fariā bellū. terzā tuā tibi acq rā. Si vo in bello mortu fuero ⁊ hereditatem tibi acquisiero. nil aliud peto nisi q arma mea sanguinolenta tecū custodias in signum amoris. Si vo aliquis veniat vt in vxorē te ducat. camerā tuā intres in qua arma pendēt. ⁊ diligēter respicias ⁊ meoziā habeas qūo, pter tui amorem vitā meā pdidi. Ait illa. Bñe. firmit p mitto. Sed absit vt i bello vitā amittas Armauit se pter tirānū pzexit. Audiēs hoc dux toto conamie se contra eū oppo suit. adinuicē pugnabāt Miles victoziā obtinuit. caput tiranni ap putauit. tū in bello vuln mortis recepit ⁊ hereditatē pelle quesiuit. ⁊ tercia die est defunctus Puella p dies multos mortē ei plan xit arma sanguinolēta pendebat i camera sepius ⁊ sepius visitauit ea. ⁊ quotiens ea vidit amare fleuit. Multi nobiles ad eā venerūt vt eā in vxorē haberēt mlta promiserūt. sed antequ alicui respōsū darz camerā itrauit vt arma diligēter respicerz ⁊ dixit O dñe p meo amore mortu es hereditatez meā mibi restituisti. absit hoc vt alteri cōsentirez. Deinde foras exiit ⁊ dixit. votū vo voui nunq vizo copulari Illi h audientes recesserūt ⁊ sic toto tempore, vite sue remansit in castitate.

Mozalisatio. Carissimi.

REx iste. est pa

ter celestis. filia taz pulchra est anima ad dei similitudinem creata. cui regnuz para disi debatur. sed per suggestionē ducis idest diaboli illud amisit. ⁊ est deflozata quando de pomo cōmedit. Deinde sedebat in platea. hoc est in mundo Unde in sudore vultus tui ⁊c. Que a transeuntibz elemosiaz petebat. idest a quatuoz elements gratiā dei expectabat. Miles qui iuxta eā sequitabat erat filius dei qui in eo quo humanitatis mundum intrauit. ⁊ humano generi co mpatiebatur. Tu homo firmiter in baptismo promisisti. nullū virum preter eum accipere. Et ideo armauit se armis humanitatis ⁊ bellum contra diabolum pro te vedit. victoziaz obtinuit vulnus mortis pro te accepit ⁊ nostram hereditatez acquisiuit. Fac ergo tu sicut fecit puella. arma sanguinolenta in camera cordis tui habeas. i. semper memoriaz recentez de xpi passione quaz pro te sustinuit in cruce. ⁊ si venerit alique temptationes per diabolum mundum ⁊ carnez curre ad xpi passionem. recole quomodo pro tuo amore mortem sustinuit in cruce. ⁊ sic temptationes superabis ⁊ vitam eternam obtinebis.

De excusatione in extremis nō habēda.

Capitulum.lxvij

QDarimian⁹ regnauit prudēs valde. In cuius regno erant duo milites. Unus sapiēs alter stultus. qui mutuo se dilexerunt. Ait ei sapiens. Nūquid tibi placz cōuētōez mecū ponere ⁊ erit nob vtile. At ille. Mihi bene placet. Qui ait Sanguinē quilibet de brachio, dextro emittat ego tuū sanguinez bibā ⁊ tu meum ⁊ p uullus aliū dimittet nec in prospe ritate. nec in aduersitate. et quicquid vnus lucratus fuerit alter dimidie

tatem habeat Ait ille. Mihi bene placet Statim cū sanguinem traxissent ābo sā/guinē alteri⁹ biberūt. Hoc facto in vna domo semp remanserūt. Rex vo duas ciuitates fecerat. vnaz in sūmitate mon ti vt ꝙ omnes ibidez venientes copiam rlxsanri haberent. ⁊ ibidez toto tpe vite pmanerēt Ad istā ciuitatē erat via stric ta ac lapidosa. ⁊ in via tres milites cum magno exercitu māebāt Et oēs p viā il lā transeūtes oportoret vt ꝺ eos pugna rēt. aut oia cū vita sua amitterēt In ista etiaz ciuitate rex quendā seneschallū ordi nauit q̄ oēs indifferēter intrātes recipet ⁊ bz statū suū ꝓditōes laute ministraret Aliā ciuitatē fecit fieri in valle sub mon te illo ad quaz ciuitatē erat in via plana ac ad ābulādū delectabilis. Tres mili/tes i via ista iacebāt q̄ oēs trāseūtes gra tāter receperūt ac ministrabāt ꝓ eorum volūtate. In ista ciuitate quēdā seneschal lū ordinauit vt oēs ciuitatē intrātes aut approplnquātes indifferēter incarcerarz ⁊ in aduentu iudicis oēs ei ꝑsentaret Iu rex vo nulli parceret. Ait miles sapiens socio suo. Carissime pgam⁹ ꝓ mūdū sic ceteri milites vt poterim⁹ multa bona ac quitere per que honeste viuem⁹. Qui ait Mihi bñ placet. Ambo p quādā viaz perrexerūt quousq̄ ad quoddā biuū ꝓ ueuerūt Ait sapiēs Carissime sic vides hic sūt due vie Vna ad ciuitatē nobilissiaz dirigit Si ꝓ illā pgum⁹ ad ciuitatē illā ꝓ uenem⁹ in qua habebim⁹ q̄cq̄d coz nos/truz vestierat. Alia est via que ducit ad istā ciuitatez q̄ est in valle ꝓstructa ⁊ si ꝓ eā ābulem⁹ capti ezim⁹ i carcerati ac iudici pūrati. ⁊ ꝓ eam in patibulo supēsi Cōsulo ergo vt viā istā dimittam⁹ ⁊ ꝓ aliā ābulem⁹ Ait miles stulto. Karissime de istis duabꝫ ciuitatibꝫ dubiū est qđ au diui ꝫ via ad ciuitatē sup mōtē est stric ta valde ac piculosa. quia in ea iacēt tres milites cū exercitu q̄ oēs intrātes expug nāt occidūt ⁊ spoliant. Set altera via est

satis plana in qua sūt tres milites q̄ oēs intrātes benigne recipiūt ⁊ ibi oia neces/saria inueniuntur. Et hoc satis aperte vi deo. ⁊ ideo magis oculis meis credo q̄ tibi. Ait sapiens. Licet vna via ad ābu/landum sit mala. tñ alia in respectu quo ad suum terminuum est peioz. quia ducet nos ad eternuz obprobriuz. ⁊ ducti eri/mus ad patibulum. Si per viaz strictā ꝓpter pugnam ⁊ latrones times ambulā re. est tibi obprobriū imperpetuuz quia miles es tu. ⁊ militibꝫ incubuit ꝓra vos/tes pugnare. Aliud est. si mecū volueris per istaz viaz pergere. firmiter promitto ante te ad bellū pergere ⁊ quotquot sunt penetrabis si velis me iuuare. Ait ille. Amē dico tibi. per viā illā nolo pergere sed potiꝰ per istam. Ait sapiens. Ex quo fidez meā tibi dedi. ⁊ in signū fidelitatis sanguinez tuuz bibam solum non vereli quo te ambulare tecum pergam Ambo per eandem viam ambulauerunt. Mul/ta solatia secudum voluntatem eorum in uenerūt per viaz donec ad hospiciuz trīū milituz venerunt qui satis honorifice sūt recepti ac splēndide ministrati. In quali bet refectione miles stultus sapienti di xit Carissime nōne tibi ꝓdixi Ecce quot ⁊ quanta habemus solatia in ista via. de omnibꝫ hijs i alia via defecissemus Ille respondit Si finis bonus est totū bonū erit quod non spero. Cuz illis militibus per aliqua tēpora morā traxerūt Senes/callus ciuitatis audiens quod duo mili/tes ꝑ ꝓhibitionē regi, ppe ciuitatē essent. statī satellites suos ibi misit q̄ eos caperent ⁊ ad ciuitatē ducerent Senescallus vi/dens vnū stultum illum ligatis manibꝫ ⁊ pedibꝫ in quandam foueaz ꝓici iussit ⁊ aliū incarcerauit. Cū vero iudex ad ci/uitatem venisset. oēs malefactores ciui/tatis in conspectu eius sunt ꝑsentati ⁊ in ter cereros isti duo milites Ait sapiens miles coram iudice. Bñe. de loco meo ꝙquezor. qz ipie ē cā mortis mee. Lege

istius ciuitatis ꝓdixit ⁊ picula. nullo mō volebat dicti meis credere nec acq̄escē ⁊ cōsilijs meis adhērere. ꝫ mihi vīt Plus credo oculi meis q̄ dicti tuis Cū vo fide ac iuramēto adinicē ligati tā i ꝓspitate q̄ i aduersitate eram⁹ ideo q̄ ipz solū vidi pgere, ꝓt iuramētū cū eo ābulaui. ⁊ ideo causa mortl mee iste est. Da ergo rectū iudiciū Ait alter miles stult⁹ iudi/ci. Ipse causa mortl mee est Cōstat toti mūdo q ipe ē sapiēs ⁊ ego naturaliter stult⁹ Cū ꝓ sapiētiā suā nō taz leuiter debuisset ablxesisse stultitie mee. Sed q̄ sol⁹ ābulauit si ille insecut⁹ me non fuisset ego p viā per quā volebat ābulare reuer sus fuissē ⁊ secuz ābulasse, ꝓter iuramē tuz quod ꝓstiti Et ideo cū ipe sapiēs sit ego vero stultus ipe est causa mortl mee Ait iudex ābobꝫ ⁊ ꝑmo sapienti. Tu sa piens. qz tā leuiter stulticie. sue ablxesisti ⁊ secut⁹ es eū Et tu stulte quia dictis sapientl non credidisti sed, ꝓtiā stultitiā ꝓpetrasti. vos ābos i patibulo/ suspensu/ros hodie iudico. Et sic factum est

Moralisatio Carissimi.

Rex iste est do

min⁹ noster ihesus xp̄s duo mili tes aīa ⁊ corp⁹. Aīa est sapiens. corp⁹ est stult⁹ Isti dono in baptismo erāt cōfe derati ad inuicez q̄ quilibet sanguinē alte rius biberet. Sanguinem alterius bibere ē quēlibet ꝓ alio in piculo se ponere. vt si caro suas voluptates voluerit habere prius debet anima ꝓ penitētiaz eaz cōsu/mere. q̄ cuz carne in tali piculo se ponere Si vero aīa quod absit labaf. caro debet pro ea ieiunijs ⁊ vigilijs pati. Et hoc est sanguinez alterius bibere. nūq̄ aliū in ne cessitate dimittere Due vie sunt ꝓ quas veniunt. Vna est penitencia. Alia mūdi glozia Due ciuitates. vna in mōte. hec ē celū super firmamentuz. Alia in valle hec est infernus. Ad celū est via stricta si cut via penitencie. ⁊ pauci ambulant eaz In ista via sunt tres milites. s. dyabolus mūdus ⁊ caro. ꝙ quicū q̄ voluerit ad ce lum pergere debet contra istos pugnare. ⁊ p viam penitentie ambulare In ista ci nitate est qnidaz seneschallus scz deus qui oia omnibꝫ secundum merita sua affluē/ter dat. Vnde beat⁹ Gregoriꝰ. In coz hominis nō ascendit tc In via vers⁹ in/fernū sūt tres mlites scz superbia vite cō cupiscentia oculorū ⁊ cōcupiscētia carnis ꝓpter que tria peccatoz inuenit corpori suo delectabilia pro tempore. Ista vers⁹ infernū est plana ad ambulanduz Sed añq̄ hō ꝓcipiat. seneschall⁹. s. mors/emit tit explozatozes. s. infirmitates que eum capiant qnando anima interiz in inferno incarcerabit. corpus ligatur in sepultu ra ponitur. Sed in die iudicij cum domi/n⁹ apparuerit iudicare vinos ⁊ mortuos tūc anima cōtra corpus ⁊ econuerso ip/sum corpus contra animam allegabit. ⁊ iudex scz deus sententiam dabit. si in pec cato nuenti fuerim⁹ sine dubio ad infer num ibimus. A quo nos defendat qui si ne fine viuit ⁊ regnat

Be non subtrahenda veritate vsq̄ ad moz

tem Capitulum. lxviij

Ordian⁹ reg

nauit. In cuius regno erat q̄ dā miles generosus qui pulchram vxo/rē habebat. que sub viro sepius est adul terata. Accidit semel q̄ marit⁹ ad pere/grinandum perrexit. Illa vxo in continē ti vocauit amasium suum. Domina il la quandam ancillam habebat. que can/tus auiuz intellexit. Cum vxo amasius veniret. erāt tūc tēpoz tres galli in curia Media nocte cū amasi⁹ iuxta dñaz ia/cuisset ꝑm⁹ gall⁹ cātare cepit. Dña cuz hoc audisset ait ancille. Die mihi carissimā

quid dicit gall⁹ in cātu. Illa respondit. Gall⁹ dt in cātu suo. q tu facis iniuriam dño tuo Ait dña. Occidatur gall⁹ iste. Et sic factuz est Tēpore debito post hec scō⁹ gall⁹ cātauit. Ait dña ād ancille Quid dicit gall⁹ in cātu suo. Ait ād illa. Socia me⁹ mortu⁹ est p veritate. t ego patus sum mozi p ei⁹ veritate Ait dña. Occidatur gallus Et sic factum est. Post hec terci⁹ gall⁹ cātauit Dña cū audisset dixit ād ancille Quid dicit gall⁹ in cātu suo Illa respondit Audi vide race si tu vis viuere pace Ait dña Nō occidaī gall⁹ iste Mozalisatio Carissimi.

IBte imperatoz ē pater celestī. miles xp̄s. vroz ei⁹ aīa p baptismū despōsata Ille q̄ eā seducit ē diabol⁹ qui p mūdi fallatias decipit Eā quotiēs pctō cōsētim⁹ adulteram⁹ xp̄o Ancilla est tua cōscienna q̄ ꝓtra peccatū murmurat t cōtinue hoiez ad bonū stimulat Nozim⁹ gall⁹ qui cātauit certe xp̄s est qui primo ꝓtra pctm̄ arguebat ꝙ videtes iudei ipsū occiderūt Et similiter nos ip̄z occidim⁹ quātū in nob ē q̄diu in pctis delectam̄. Per scōz debem⁹ martires intelligere Sic erāt t alij multi qui viā t doctrinā ei⁹ p̄dicauerūt ideo p xp̄i noīe t veritate necati sunt Per tertiuz gallus qui dixit Audi vide cē. potest intelligi predicatoz qui debet esse solicitus veritatez pronūciādo Sz diebus istī nō audet veritatem dicere qui pacez cupit habere Studeam⁹ ergo magis deuz timere veritatez ꝓnuntiādo et sic ad xp̄m qui est veritas veniemus

De castitate Capitulū. lxxx

GAllus regnauit prudens valde qui quondā palaciū cōstruere volebat. Erat tūc in imperio quidā carpentarius subtilis valde. cuz quo imperator p cōstruendo palatio conueuit Tūc tēporis erat quidā miles in regno qui pulchraz filiā habebat Eius dēs prudentiā carpentarij in tra se cogitabat filiā meaz ei in vxorez dabo quia p sapientiā suaz t artez satis laute eā p mouebit. vocauit eū t ait ei. Carissīe pē te a me q̄d tibi placuerit t tibi dabo Si mihi possibile sit ita vt filiā meaz in vxorem accapias. At ille. Mihi bene placet Cōuenerūt in vnuz Carpentari⁹ eaz in vxorez duxit Hoc facto mater filie generū suum vocauit t ait ei. Fili mi iā filiam meaz in vxorem duxisti. Ecce istā camisiā dabo tibi. quaz t satis pulchrā ostēdit t ait Camisia ista vtutē habet q̄ nunq̄z toto tempore vite tue lotione indiget. nec frangi pōt nec cōsumi nec colore mutari. quaz diu iter te t filiaz meā sit amor fidel. Si vo quod absit aliquis ex vob matrimoniū violauerit. statiz camisia ōnes ei⁹ vtutes amittet Carpentarius hec audiēs gauis⁹ est valde. Camisiam recepit t ait. O mater q̄z p̄ciosū iocale mihi dedisti. iā null⁹ nostrū potest matrimoniū violare. quin p camisiā sciet p fectissīe Post hec infra paucos dies carpentarius ad palatiuz regis est vocatus vt nouū palatiuz ꝛstrueret. camisiā secū assūpsit. vxorez in domo dimisit cuz rege moraz traxit quousq̄z palaciuz cōpletuz fuit. Cuz in laborādo fuisset ad mirabantur multi q̄ camisia sua sēper in cādore t mundicia p̄mānsit. ait rex ad eum Magister rogo vt dicas mihi quō hoc potuerit esse q̄ cū in ꝓtinuis laboribus p maues t camisia tua sine lotione t i mūdicia in albedine maneat Ait ille Scias carissime domine q̄ q̄diu ego cuz vroze sumus fideles in amore. camisia mea nō indiget lotione sed si matrimoniū esset inter nos violatuz camisia sicut ceteri pāni lotōe indigeret Miles cū h audisset intra se cogitabat. si potero. camisiā tuaz luari fatiā Perexit ad domū carpētarij ipo ignorante vt eius vxorem ad pctm̄ solicitaret Illa vo gratanter eum recepit. De amore inordinato eam pulsauit Que ait Amor ral' locū ꝓuatū requirit veni mecum. t illū in camerā introduxit Cū aūt introduct⁹ fuisset illa exiuit. ostiuz clausit t dixit. Ibidē expectab quousq̄z tempus habuero q̄ te liberare debeo. Dña ista singul' diebus visitauit ac pane t aqua sustētauit. Ille vero p̄cepit vt eū dimitteret abire. h illa nō consentiebat Post h cito duo alij milites ad eā venerūt de curia regi. quilibet post aliū vt eā corrūperēt sed eis nihil valuit. Illa i eadē camera eos inclusit. panē t aq̄ sustētauit. Per multos dies ibi stabant De istī tribus militibus facta ē questio t cōmotio in domo regi. quo deuenerūt Postalatō ꝓximato carpentari⁹ accepta merce de domū venit. vroz ei⁹ nō modicū gaudens eum honorifice recepit t quomō se haberet diligēt inquisiuit Ille vo bene ꝓpia tradidit. Illa vero camisiā suā respexit. Videsq̄z eā sanā mūdā ait. Bndict⁹ de⁹ apparet i camisia ista q̄ inter nos ē dilectō vera Qui sic ait. Carissima cuz essē in palatō cōstruendo. venerūt tres milites vn⁹ post aliū t de camisia mea quesierūt quo mō sine lotōe manebat in ōni cādore. eis veritatē retuli. Post h quo deuenerūt penit⁹ ignoro. De eoz absētia facta ē questio magna in curia regi. Dixit illa. Dñe illi tres milites de q̄bus fit mō ad me venerūt. mlta mihi ꝓmiserūt si eis cōsentirē. sed nullo mō volebā hoc attēptare. eos in camera ꝓuata posui. t bucas q̄z pane t aqua sustētaui. Carpentari⁹ h audiēs gauis⁹ ē de fidelitate vroz. t milites a morte saluauit. t eos libere abire ꝓmisit. t ābo vsq̄z ad finē vite in vno amore ꝓmānserūt. Mozalisatō Carissimi

Per iste est pater celestis. qui palaciū habet construere. s. cor hūanū bonis vtutibus plenū. in quo palatō de⁹ delectaī per-

manere. Juxta illō Delitie mee sūt esse cū filijs hoim Miles iste qui habet pulchrā filiā ē xp̄s q̄ habz aiaz ꝓ filia. vroz ē sācta uaī eccl'ia. Carpentari⁹ ē bonus xp̄ian⁹ q̄ istā filiā in vxorē cū camisia accepit. Camisia ista ē fides nostra. qz vt ait apl's. Sine fide impossibile ē placere deo. Quādiu manet homo in hac vita in sācte tenere. tā diu fides nō violaī Quidq̄z sequit Certe vt erigas palacium. s. cor mūdū p opa mie Milites sūt Superbia vite. concupiscentia oculoz t cōcupiscēcia carnis Istos tres milites concludere debes i camera penitētie. quousq̄z merceder eternaz a rege eterno accipias. Qđ nobis prestare dc̄

De compunctione fidelis aīe Ca. lxx

QUidam rex erat qui filiā pulchraz habebat t prudentez. Quā pater viro tradere volebat. Illa vero votuz deo fecerat q̄ nūq̄z viruz acciperet quousq̄z tria ꝓpetraret. Nozimuz erat q̄ diceret vera citer quot pedes in longitudine t latitudie ac profunditate quatuoz elementoz essent Secūdo q̄ ventū ab aquilone mutaret. Tertiū q̄ ignē in gremio sine lesione iuncta carnē portaret. Rex cū hec audisset fecit ista tria p totuz regnū ꝓmulgari. t si quis sine defectu ista perpetraret filiā ei⁹ in vxorē haberet. Multi venerūt h defecerūt. Erat quidā miles in ptibus longinquis .q cū de voto puelle audiret ad palaciū regi. venit. ducensq̄z secū famulum vnū t equū furibundū. coram rege tēptauit t ait. Dñe mi rex. Filiaz tuaz peto in vxorē. quia patus sū ista tria ꝓmulgare soluere Ait rex Mihi bñ placet Miles vo famulū suū vocauit t ait ei. Interra iaces. cū vo sic iaceret. miles a capite vsq̄z ad pedes mēsurauit Hoc fctō ait regi Ecce dñe in ētuoz elemētī. vix vlī septē

pedes inuenio. Ait rex. Quid ℔ ad quatuor elementa. Et ille Dñe quilibet hō ⁊ ōne aīal ex quatnor elemētis cōponit. Et sic p famulū suū quatuor elementa mēsurauit. Ait rex Amē dico tibi Satl clare ꝓbasti Jā ad scōz ꝓcedam⁹. Muta ventū ⁊c Ille statz equū furibūduz adduci fecit. Cui potionē ad gustādū de dit. de cui⁹ potōe fact⁹ est totalit sanus. Hoc vo fctō caput eq̄ i oriēte ponebat ⁊ ait. Ecce dñe vent⁹ est mutat⁹ ab aquilone vers⁹ orientē. Ait rex. Quid hoc ad ventū. Ait ille Mone cōstat vestre prudē cie q̄ vita cuiuslibet aīalis nō est nisi vent⁹ qnē equ⁹ patiebat malū taz diu erat in aquilone. Sed iā ex vtute potōis sa n⁹ fact⁹ est. caput ei⁹ ad orientē posui vt sit paratus onus portare Ait rex. Satis clare ꝓbasti Jā ad terciū ꝓcedam⁹ At ille Dñe parat⁹ sū cozā oīb⁹ adimplere Man⁹ suas prunis ardētib⁹ repleuit ⁊ in sinu posuit. Et caro ei⁹ nequaq̄ ē lesa Ait rex. Satis bene duo alia ꝓbasti. sed dic mihi qñ o glebe non ledūt te. Ait ille Mō vtute mea ℔ vtute lapidis quē mecū cōtinue porto' Quicūq̄ illū lapidē secū in loco mūdo portauerit nūq̄ ab igne ledi poterit. Ecce lapis. ⁊ lapidē cozam oīb⁹ oñdit Ait rex. Probabilit ista tria ꝓbasti nupcias ordinauit filiā suā cū di uitijs multis ei vedit in cōiungez. ⁊ ābo in vita bona dies suos finierunt

Mozalisatio. Carissimi.

Ibte rex est do minus noster ihesus xp̄us Filia tā pulchra anima ad dei similitu dinez creata que deo in baptismo votuz fecerat q̄ nunq̄ viro coniungeretur nisi tria ꝓpetraret Primuz est q̄ mensura ret ⁊c hoc est famuluz tuuz. i. carnē tuā mensurare debes quātuz deliquit ⁊ pro ōni delicto penā agere. elementa mensu rare. s. carnem tuam domare. Secundū est mutare. ⁊c. equus furiosus est pecca tor qui in peccatis permanet vnde opor tet ei portionez dare. s. vt cōtricionez ha beat in corde. cōfessionez i ore. satisfactō nez in opere. Et hoc est ventum mutare Unde Job. Lanc̄z ventus in vita mea. Terciū est ignē sine lesione portare Ig nis luxurie. auaricie. sup̄bie. ⁊c que sepe a nimaz ⁊ corp⁹ cōsumūt. sed si desideras vt ignis iste te nō ledat oportet vt lapi dē in loculo. i. dominū nostrū ihesū christ uz in corde habeas per opera meritoria ⁊ si mū de portaueris. nunc̄z ignis alicui⁹ peccati leder te ⁊ per ꝓsequēs vitā eter naz obtinebis. De remuneratione eterne patrie

Caplm. lxx̄j.

Quidam rex erat. qui cōuiuiū magnū fecerat. vnde p totum regnū precones testiabat. vt preconiza ret cōuiuiū. videlicet vt ōnes cuiuscunc̄z cōditionis ad cōuiuium venirēt. ⁊ non tantū cōuiuiū bonū haberēt sed ⁊ diuicias infinitas obtinerēt. Cuz autez preco nes per regna ⁊ castra ābularēt p̄ceptuz regl ꝓmulgā do. erāt tūc duo homines i vna ciuitate manētes. vn⁹ fuit fortl ⁊ ro bust⁹ sed tamē cec⁹. alter claud⁹ ⁊ debi lis sed optīe viderat. Dixit cec⁹ claudo. Carissime ihesu nob duobz p totū regnū diuulgatū est q̄ rex tali tpe optimū cō uiuiuz tenebit ad qd̄ non tantuz quilibet habebit cibaria ꝓ sua volūtate sed diuicias magnas recipiet. Tu vo es claud⁹. ego vo cec⁹. ad illd̄ cōuiuiū poterim⁹ ne accedere. Ait claud⁹ Si cōsiliū meū feceris ambo ibidem veniem⁹. ⁊ diuitias ⁊ cōuiuiū sicut ceteri obtinebim⁹. Respondit cecus Omne consiliuz quod est nobis vtile sū paratus adimplere. Ait claud⁹ Tu es fortis ⁊ robustus in cor pore ego vero debilis. quia claudus. me super dorsum tuuz portabis. ego vero te in viam dirigam. quia satis clare video

⁊ sic ambo ad q̄uiuiū veniēs in mercedē sicut ceteri obtinebim⁹. Ait cecus. amen dico tibi optimū ꝓsiliū est. statim ascēde dorsum meū Et sic factū est. claudus vi am ei oñdit ⁊ ipē eū portauit. Et sic am bo ad q̄uiuiū venerūt. ⁊ diuitias inf alios receperunt.

Carissimi. Mozalisatio.

Ibte rex est do minus noster ihs xp̄s. q̄ p oī bus nobis vitā eternā ꝓpa uit. Juxta illud. Erat q̄dā homo q̄ fec̄ ce nā magnā. Ad illd̄ q̄uiuiū multi sūt vo cati. ⁊ q̄ ibidē accedit diuitias eternas pos sidebit Cecus iste ē q̄libz dives ⁊ potēs h⁹ seculi. q̄ fortis est ⁊ potēs in corpe. i. diuitijs ⁊ mūdi potētia. Sū ceci sūt q̄n tū ad vitā eternā. Ignorāt ea q̄ sunt sa lutis sicut talpa brī videt sub terra ⁊ ha bet multa diuerticula ℔ sup̄ cecus efficit nec sat seip̄m iuuare. Sic ⁊ diuites satis dare vident in tpalib⁹. ⁊ ceci sunt in spiri tualib⁹. Claudus vo est bon⁹ religiosus q̄ claudicat in vtroq̄ pede scz nihil in cō muni aut ꝓprio possidet. tamen videt tal' satis clare viā dñus conuiuiū eternū. Si q̄ vos diuites ac mūdi potētes intēdit ad illd̄ q̄uiuiū accedē ⁊ p̄mia ibidē acqpe. necesse vobis erit religiosos ac ceteros paupes sup̄ dorsa vestra portare. Sz di ligenter est aduertendū qñ diuites dñt portare pauperes. Certe elemosinas eis dando. in eoz necessitatib⁹ subueniendo hoc ē paupes portare ⁊ fidelit viris ec desiasticis decimas dare. Si sic feceritis. nos viri religiosi tenemur vob viā salu tis ostendere qñ poteritis ad vitā eternā puenire. Precones q̄ illd̄ q̄uiuiū damna bāt sunt sacre pagine doctores. s. p̄dicato res ⁊ pfessores q̄ hñt nos instruere pub lice ⁊ p̄uate qñ ad eternū conuiuiū pote rimus peruenire.

De ingratoz trucidacōe. Ca. lxxij

